

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Volvntarivm Imperii Consortivm Inter Fridericvm Avstriacvm Et Lvdoovicvm Bavarvm Avgg.

**Köhler, Johann David
Baumann, Johann Friedrich**

Altdorfii, 1733

Praefatio

[urn:nbn:de:bsz:31-130795](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130795)



PRÆFATIO.





*Imperium Romanum aliquoties bi-
ceps fuisse, atque Concordia Augu-
storum crevisse, historiarum fida
monumenta abunde comprobant.*



*Primos duos Augustos, M. AVRELIVM
ANTONINVM et L. AVRELIVM ANTO-
NINVM VERVM, ex Historia Romana illustra-*

B 2



vit

vit V. CL. Christianus Freytagius sub Præsidio SCHVRZFLEISCHII Senioris. Morellius in Specimine univ. rei nummarie antiqu. Tab. IX. et Illustris Spanhemius in Vol. II. de Præstant. et Ufu Numismat. antiq. Dissert. XI. pag. 257. ex Regia Gallorum Gaza divulgavit Nummum singularis Raritatis, in quo hinc Caput Decii radiatum, illinc Capita Herennie Etruscilla, Etrusci, ac Hostiliani, cum Epigraphæ CONCORDIA AVGG. representantur. Ejusmodi plures Natos cum Genitore principantes, ut Sidonius Carm. XXIII. vers. 28. eos vocat, aspiciunt in Nummis, et AMOREM MUTVVM AVGG. junctis manibus, aliisque symbolis egregiis in illis eleganter designatum. Neque caret Consortibus Majestatis Augustæ Imperium Romanum, à Francis Germanisque renovatum, et cum Regno Germaniæ eterno

eterno Nexu conjunctum. Ita Imperator CAROLVS M. morbo et senio confectus evocatum ad se Filium, Ludovicum, in Comitibus Aquisgranensibus, Consortem sibi totius Regni et Imperialis Nominis, imposito Capiti ejus Diademate, constituit. vid. THEGANVS de Gestis Ludov. Pii cap. VI. Postea LUDOVICVS Imp. Filium suum Primogenitum Lotharium A. 817. Participem Nominis Augusti et Imperii fecit solenni Coronatione, suaque Diplomata Nomine insimul Lotharii inscripsit. vid. AGOBARDVS in Epist. flebili ad Ludov. N. IV. THEGANVS l. c. cap. XII. et MABILLONIVS de Re Diplom. Lib. VI. N 65. Ante acquisitum Imperium Romanum OTTO M. Rex Germaniae, communi totius Senatus Consensu, Ludolphum, Filium natu maximum, A. 947. Regni Consortem constituit. vid. CHRONOGRAPHVS SAXO ad hunc annum,

pag. 160. *Idem postea Cæsar Augustus A. 967, alterum Filium Ottonem Coimperatorem dixit. Vid. OTTO FRISINGENSIS Chron. Lib. VI. c. 24. et plura Diplomata in SAGITTARII Antiquitat. Magdeburg. HENRICVS VI. Auspiciis Patris FRIDERICI PRIMI, Imperatoris, A. 1169. Aquisgrani Rex coronatus, Regia usus est Potestate in Germania et Imperio Romano, absente Patre. vid. GODEFRIDVS COLON. ad Annos 1189. et 90. Neque minus HENRICVM VII. Friderici II. Imperatoris Filium, A. 1220. Regem Romanorum creatum, absente Patre, habuisse Potentiam Regiam, Comitia celebrasse, Privilegia dedisse et confirmasse, Ordines Imperii proscripsisse, et Dignitatibus exuisse, multaque alia Negotia Regni egisse, multa testantur Diplomata. Vid. GESTA TREVIRENSIVM EPISCOPORVM*

p. 126.



p. 126. GODEFRIDVS COLONIENSIS, ad
Ann. 1224. ALBERTVS STADENSIS ad hunc
annum. Sed hac Exempla tantum nobis osten-
dunt diuisam inter Patrem et Filium Regiam
et Imperatoriam Majestatem, bona Patris voluntate,
Ordinumque Imperii Consensu. Præter Patrem et
Filium, simul imperantes, nescit Imperium Germani-
cum Collegas Imperii. Producimus ergo hac in Dis-
sertatione Exemplum sine Exemplo atque maxime
singulare in FRIDERICO AVSTRIACO
et LVDOVICO BAVARO, AVGG.
qui post atrox Bellum ex dissidiosa Electione ortum,
illatasque invicem clades maximas, posita omni
emulatione et simultate, Pacto quodam solenni So-
cietatem Imperii in omnibus, cujuscunque Generis
fuerint, Negotiis exæquati amice inierunt. Quo
acrius et pertinacius hac inter Utrosque similis atque
par

